

testis vacillans & varians sub tortura debeat interrogari, id simpliciter verum non est; Nam si non constet, quòd is interfuerit facto, torquendus non est, *l. 18. §. 3. ff. de Quest.* Quod si verò in facto principali vacillet, cui eum interfuisse aliunde appareat, & ita veritatem occultet, nec non mendacium, ex quo sufficiens indicium ad torturam oriatur, committat, *Menoch. lib. 1. quest. 89. numer. 67. de Presumpt. fol. 113.* *Farin. lib. 2. quest. 66. part. 3. per tot. fol. 325 & seqq.* Quamvis Judex, quantum fieri poterit, à tortura abstinere debeat, modò vel naturalis ratio testem excusare possit; aut etiam is variaverit, vel dictum suum mutaverit animò corrigendi, & hoc in continenti fecerit. Vide *Farin. lib. 2. qu. 66. part. 7. fol. 335.* id est, illud fecerit, antequam post factam depositionem ipsi dictum suum fuerit prælectum à iudice, & ita è iudicio fuerit dimissus. *Zanger. c. 1. de Tort. n. 24. p. 772.*

Verùm, & hoc (3.) addatur, quæ à Iudice quàm accurata licet adhibita diligentia observantur, tamen illa nihil probant, nisi testium dicta & omnia alia, quæ observata sunt, in scripturam à jurato Actuario fuerint redacta. Cum quo convenit *Sichardus ad l. 4. C. de Sentent. & Interlocut. omn. Judic. n. 7. fol. 1040.* Dictum testis non potest probari nudo sermone iudicis vel Notarii, ut si utrique dicerent: Sempronius sic vel sic, hoc vel alio modo deposuit; quia illorum relatio nihil probaret, nisi sint dicta illa testis conscripta; eò siquidem saltem casu ad fidem faciendam sufficiunt.

---

## ARTIC. LXXII.

### *De audiendis testibus extra territorium.*

#### **Von Kundschaft-Verhörern / außershalb des Gerichts.**

**W**aber ein Peinlich Gericht/ wie dann im Reich an vielen Orten befunden/ mit solchen obgemeldten/ darzu verständigen Personen/ nicht besetzt wäre/ wiewol dann sonst/ nach Vermöge gemeiner Rechten in Peinlichen Sachen/ außershalb derselben Gerichts-Personen/ nicht Kundschaft-Verhörern/ oder Commissarien gegeben werden sollen; Dioweit aber an verständigen Kundschaft-Verhörern viel gelegen ist/ damit dann auß Unverstand dieser Kundschaft-Verhörern keine Verkürzung

zung